

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum sit aliqua relatio inter Deum & creaturam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVAEST. VII. DE SIMPLI. DIVI. ESSEN. ART. VIII.

AD QUINTVM dicendum, q̄ in quantum species intelligibilis eminentior est in aliquo, tanto ex ea relinquitur perfectior cognitio, sicut ex specie lapidis in intellectu quam in sensu. Vnde per hoc Deus perfectissime potest cognoscere res per suam essentiam, in quantum sua essentia est supereminentia similitudo rerum, & non adaequata.

AD SEXTVM dicendū, q̄ inter creaturā, & Deum est duplex similitudo. Una creaturā ad intellectum diuinū, & sic forma intellecta p̄ Deū est vnius rationis cū re intellecta; licet non habeat cūdem modū essendi, q̄ forma intellecta est tantū in intellectu, sū ma autem creatura est vt in re. Alio modo fm q̄ ipsa diuina essentia est omnium rerum similitudo superexcellens, & nō vnius rōnis. Et ex hoc modo similitudinis contingit q̄ bonum & huiusmodi predicanter cōmuniciter deo, & creaturā, nō auctē ex primo. Non enim hæc est ratio Dei cū diciatur, Deus est bonus, quia bonitātē creaturā intelligit: cum iam ex diictis patet, q̄ nec etiam dominus quæ est in mente artificis, cum domo quæ est in materia vniuocē dicatur dominus.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ agens æquiuocum oportet esse prius, quam agens vniuocū: quia agēs vniuocum non habet causalitatem super totam spe ciem, alias esset causa sui ipsius, sed solum super aliq̄ idividuum speciei: agens autem æquiuocū habet causalitatem super totam speciem, vnde oportet primum agens esse æquiuocum.

AD PRIMVM vero qđ in contrariū obiectur dicendum, q̄ Philofloquitur de communitate naturaliter, & non logice. Ea vero quæ habent diversū modū essendi, non cōmunicant in aliquo secundum esse quod considerat naturalis: posunt tñ cōmunicare in aliqua cōmuni intentione quā considerat logicus. Et præterea etiā secundum naturales corpus elementare, & celeste non sunt vnius generis: sed fm̄ logicum sunt. Nihilominus tamen Philoso. non intendit excludere analogicā cōmunitatem, sed solum vniuocā. Vult n. ostendere q̄ corruptibile, & incorruptibile nō cōmunicat in genere.

AD SECUNDVM dicendū, q̄ licet diuersitas genes tollat vniuocationem: non tamen tollit analogiam. Quod sic patet. Sanum enim secundum quod dicitur de vrina est in genere signi: secundum vero quod dicitur de medicina, est in genere causæ.

AD TERTIVM dicendū, q̄ Deus nullo modo dī, esse similis creaturā, sed e contrario: quia ut dicit Dion. 9. cap. de Diu. nom. ⁴ in causa, & causatis non recipimus similitudinis conuerſionē, sed solum in coordinatis. homo enim nō dicitur similis sua imaginis, sed ecōtrario propter hoc q̄ forma illa secundum quam attēditur similitudo per prius est in homine quam in imagine. ⁴ Et ideo Deus creaturis similem non dicimus, sed e contrario.

AD QUARTVM dicēdum, q̄ cum dī, nulla creatura est similis Deo, ut eodē c. dicit Dijon. hoc intelligendum est fm̄ q̄ causata minus habent a sua causa, ab ipsa incomparabiliter deficiunt. Quod non est intelligendum secundum quantitatē participati, sed alijs duobus modis, sicut supra dictum est.

AD QUINTVM dicendum, q̄ fm̄ accidēt nō potest esse aliquid simile substantiæ similitudine, quæ attēditur fm̄ formā vnius rōnis: sed secundum similitudinem quæ est inter causatum, & causam nihil p̄hibet. Nam primam substantiam oportet esse causam omnium accidentiū. Et similiiter dicendū ad sextū,

F. AD SEPTIMVM dicendū, q̄ albedo nec est in genere numeri, nec est principium ḡn̄is: & iō nulla similitudo vnius ad alterum attēdit. Deus autē est principium ḡn̄is generis: & ideo ei omnia aliqualiter similitudines.

AD OCTAVVM dicendum, quōd ratio illa procedit de his, quæ cōmunicant in genere vel in materia, qualis conditio non est Dei ad creaturas.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum sit aliqua relatio inter Deum & creaturam.

G. CTA VO quæritur vtrum sit aliqua relatio inter Deum & creaturam. Et videtur q̄ non. Relativa enim sunt simul secundum Philo. sed creatura non potest simul esse cum Deo: Deus enim omnibus modis est prior creatura ergo nulla relatio potest esse inter creaturam & Deum.

¶ 2 Pr̄. Inter quæcunque est aliqua relatio, est si corum aliqua adiunīcē cōparatio: sed inter Deum & creaturā nō est cōparatio, ea. n. que non sunt vniū ḡn̄is, nō sunt cōparabili: sicut numerus & linea, et pr̄ ḡn̄o nō est aliqua relatio inter Deum & creaturam.

¶ 3 Pr̄. In quo cunctis genere est vnum relatiōnē, est ēt aliud: sed Deus non est in eodem genere cum creatura. ergo nō possunt relatiōne adiunīcē dicere.

¶ 4 Pr̄. Creatura non potest esse opposita creaturā, quia oppositum nō est causa sui oppositi: sed relatiōne adiunīcē opponuntur. ergo non potest esse relatio inter creaturam & Deum.

¶ 5 Pr̄. De quo cunctis aliquid de novo incipiendi, aliquo modo potest dici factum. ergo sequitur si aliquid relatiōne ad creaturam deo dicitur, q̄ Deus aliquo modo sit factus, quod est impossibile cum ipse sit immutabilis.

¶ 6 Pr̄. Omne quod p̄dicatur de aliquo, p̄dicatur de eo aut per se, aut p̄ accidentis: sed ea quæ importat relationē ad creaturā nō p̄dicatur deo per se, quia hm̄i p̄dicata ex necessitate & semp̄e p̄dicantur, nec iterum per accidentis. ergo nullo modo aliqua talia relatiōne deo p̄dicari possunt.

I. SED CONTRA est, quōd August. dicit 6. v. lib. de Trinitate, quōd creator relatiōne dicitur ad creaturam, sicut dominus ad seruum.

R E S P O N S U M. Dicēdum, q̄ relatio in hoc differt a quantitate & qualitate: quia quantitas & qualitas sunt in aliud accidentia in subiecto remanentia, relatio autē non significat, vt Boet. dicit in lib. de Trinitate, in subiecto manens: sed vt in trāfītū quodā ad aliud vnde & Porrerani dixerunt relations nō esse invenientes, sed assistentes: quod aliqualiter verum est, posterius ostendetur. Quod autem attribuitur ab aliis ut ab eo in aliud procedens, nō facit cōpositio nē cum eo, sicut nec actio cum agente. Et propter hoc etiam probat Philoso. 5. Physicor. q̄ in aliud quid non potest esse motus: quia sine aliqua mutatione eius quodā ad aliud referuntur, p̄t relatio dōcere ex sola mutatione alterius. Sicut erit de actione patet, q̄ non est motus secundum actionem, si metaphorice, & improprie: sicut exiens de eo in actū mutari dicimus, quod non est si relatio velaciō significaret aliquid in subiecto manens. Et hoc autem apparet, quod non est contra rationē simplicitatis aliquid, multitudine relationum, quae est inter ipsum & alia: immo quanto simplicius est, tanto concomitant ipsū plures relationes. Quanto enim aliquid est simplicius, tanto virtus est.

II.
et in gic
la simili
principia
militantur
la proce
tis.

tua am.

relationis

ur & nom

m Philo

Deo: Deu

rgo null

um.

ratio, et e

ter Dei &

sunt vnu

predica

aliquid a

dio tot.

ta creatu

ti: fed e

poteſt e

uo incep

o exequit

licitur, &

apſſibile

D.464.

, praedica

az impo

Deo pr

temp

nullo mo

poſſum

. vel oib

folat. ad

25.

tert a qui

tas fuit &

clatio au

riminatio

ā ad alio

effe inha

rum etia

bnitutis

& oppo

propri

in ad al

opponi

as de oib

si relato

anens. Et

rationen

um, que

implic

lationes

to virtu

cit

QVAES. VII. DE SIMPL. DIV. ESSENT. ART. IX.

74

est minus limitata: unde ad plura se extendit sua cœnūlitas. Et ideo in libro de Causis dicitur, q̄ omnis virtus vna plus est infinita, q̄ virtus multiplicata. Oportet autem intelligi aliquam relationem inter principium, & ea quæ a principio sunt: non solum quidem relationem originis, secundum q̄ principiata oriuntur a principio, sed etiam relationem diversitatis: quia oportet effectum a causa distinguere, cum nihil sit causa sui ipsius. Et ideo ad summam Dei simplicitatem conatur, quod infinita habitudines sive relations existant inter creature & ipsum, secundum quod ipse creature producit a seipso diversas, aliquilatram tamen sibi assimilatas.

Ad PRIMUM ergo dicendum, q̄ illa relativa sunt simul natura, quæ pari ratione mutuo referuntur: sicut pater ad filium, dominus ad seruum, duplex ad diuidium. Illa vero relativa in quibus non est eadem ratio referendi ex vtrâque parte, non sunt simul natura, sed alterum est prius naturaliter, sicut et Philo, dicit de sensib. & sensibili, scientia & scibili. Et sic patet q̄ non oportet q̄ Deus & creatura sint simul natura, cum non sit eadem ratio referendi ex vtrâque parte. Nihilominus autem non est necesse in illo etiam relativa, quæ sunt simul natura, quod subiecta sint naturaliter simul: sed relations sole.

Ad SECUNDUM dicendum, q̄ nō oīum est cōparatio, quorū est relatio adiuncti: sed solum illorum quorū est relatio vñā quantitatē, vel qualitatē, vt ex hoc possit vnum altero dici maius, aut melius, vel albus, vel aliquid hmo. Relationum autem diuersitates possunt adiuncti: etiam quæ diuersorum generum sunt: ea enim quæ diuersorum generum sunt, sunt adiuncti diuersa. Nihilominus tamen quām Deus in eodem genere nō sit cum creatura, sicut cōtentum sub genere: dicit tamen in omnibus generibus sicut principium generis. Et ex hoc potest esse aliqua relatio inter creature, & Deum: sicut inter principiata & principium.

Ad TERTIUM dicendum, q̄ nō oportet subiecta relationem esse vnius generis, sed solum relations ipsas, vt patet in hoc quæ quantitas à quidditate diuersa dicitur. Et tamen vt dictum est non est eadem ratio deo & creaturis, sicut de his quæ sunt in diuersis generibus, adiuncti nullo modo coordinata.

Ad QUARTVM dicendum, q̄ oppositio relationis in duobus differt ab alijs oppositionibus, quorū pri mū est q̄ in alijs oppositis vnum dicitur alteri opponi, in quantum ipsum remouet: negatio enim remouet affirmationem, & secundum hoc ei opponitur. Oppositio vero priuationis & habitus & cōtrarietatis includit oppositionem cōtradictionis, vt 4. Metaphys. dicitur: non autem est hoc in relatiuis. Non enim per hoc opponitur filius patri, q̄ ipsum remoueat: sed propter rationem habitudinis ad ipsum. Et ex hoc causatur secunda differentia, quia in alijs oppositis semper alterum est imperfectum, q̄ accedit ratione negationis quæ includit in priuatione & altero contrariorum; hoc autem in relatiuis non oportet: sicut patet maxime in relatiuis aq̄ parentia, & in relatiuis originis, vt equale, simile, pater, & filius. Et ideo relatio magis potest attribui Deo, quām alia oppositiones. Ratione quidem pri ma differentia potestendi oppositio relationis inter creaturam & Deum, non autem alia oppositio: cum ex Deo sit magis creaturarum positio, q̄ earū remotio: est tñ aliqua habitudo creaturarū ad Deū.

A Ratione uero secunda differentia est in ipsis diuinis personis (in quibus nihil imperfetū esse pōt) oppositio relationis, & non alia, vt posterius apparet.

Ad QUINTVM dicendum, q̄ cum fieri sit proprie mutari, non est secundum relationem nisi per accidentem, s. mutato eo ad quod consequitur relatio: ita nec fieri. Corpus enim mutatum secundum quantitatem fit aequalē, non q̄ mutatio per se aequalitatē respiciat: sed per accidentē se habet ad ipsum. Et tamē non oportet, q̄ ad hoc q̄ de aliquo relatio aliqua de nouo dicatur, q̄ aliqua mutatio in ipso fieri: sed sufficit q̄ fiat mutatio in aliquo extremorum: causa enim habitudinis inter duos est aliquid inharenans utriusque. Unde ex quacunque parte fiat mutatio illius quod habitudinem causabat, tollitur habitudo quæ est inter utrumque. Et secundum hoc, per hoc q̄ in creatura aliqua mutatio fit, aliqua relatio deo incipit dici. Unde ipse non potest dici factus, nisi metaphorice: quia se habet ad similitudinem facti, in quantum deo aliquid nouum dicitur. Et sic dicimus, Domine refugium factus est nobis.

Ad SEXTVM dicendum, q̄ huiusmodi relationes cum deo dici incipient propter mutationem in creatura factam, patet q̄ causa quare deo dicatur est ex parte creatura: & per accidentem deo dicuntur. Non quidem accidentis, quod in deo sit vt August. dicit, sed secundum aliquid extra ipsum existens, quod ad ipsum accidentaliter comparatur. Non enim esse deo a creatura dependet, sicut nec esse aedificatoris a domo. Unde sicut accedit aedificatori quod domus sit: ita deo quod creatura. Omne enim dicimus per accidentem se habere ad aliquid, sine quo illud esse potest.

ARTICVLVS IX.

Vtrum huiusmodi relations que sunt inter creature, & Deum, sint realiter in ipsis creaturis.

N Omo queritur, vtrum huiusmodi relations quæ sunt inter creature & Deum, sint realiter in ipsis creaturis. Et Videtur q̄ non. Aliquæ enim relations inueniuntur, in quibus ex nulla parte relationis aliquid realiter ponit: sicut A. uicen. dicit de relatione quæ est inter ens, & non ens: sed nulla extrema relationis magis adiuncti distant, quām Deus & creatura. ergo ista relatio non ponit aliquid realiter ex parte neutra.

¶ 2 Præt. Oē illud negandū est, ad qđ sequitur processus in infinitū: sed si in creatura relatio ad Deum sit res aliqua, erit procedere in infinitū. Relatio enim illa aliquid creatum erit, si est res quādam: & ita erit alia relatio ipsius ad Deum pari ratione, & sic in infinitū. Non ergo ponendum est quod in creatura ad Deum relatio, sit res aliqua.

¶ 3 Præt. Nihil refutari n̄i ad determinatū, & vñū, vt dicitur 4. Metaphys. vnde duplum non refutatur ad quolibet, sed ad diuidum: & pater ad filium, & sic de alijs. Oportet ergo secundum differentiā eorum quæ referuntur, esse differentias eorum ad quæ fit ratios: sed Deus est vnum ens simpliciter. ergo non potest ad ipsum fieri relatio omnium creaturam, aliqua relatione reali.

¶ 4 Præt. Secundum hoc creatura refutatur ad Deū, secundum q̄ ab ipso procedit, sed creatura procedit a Deo secundum ipsam substantiā. ergo secundū suam substantiam refutatur ad Deum, & non secundum aliquam relationem superuenientem.

¶ 5 Præt. Relatio est aliqd mediū iter extrema relationis, sed nihil pōt esse realiter mediū inter Deum

Quæst. dif. S. Thomas. K 2 & crea-

D. 8.
In dial. 6. q. 4.
41.

Liber 4. metr.
cap. 10.
vita hum.

Li. 4. con. 26.
tomus 3.